

tepor, praesumptio vana, fastus spiritualis, ac si satisfactum A
nostro officio, &c.

USUS E VERSU XVI.

(1) Non dormitandum otiose, sed ingrediendum, & quidem in viis Domini, strenue, alacriter, constanter.

(2) Ingressum, etiam in domum Domini devotè: v. ann. h. l.

(3) Nemo propriis nitatur viribus, sed robori divino se committat totum, istudque perenniter imploret. Phil. II, 12, Jer. X, 23 1. Sam. XVII, 45.

(4) Memoria scurrilibus oplenda, sed pretiosis Justitiae div. monumentis, ut inde expromere queamus multa salutaria.

(5) Solius hujus Justitiae recordantur pii, nequaquam autem propria: Phil. III, 8. 9.

USUS E VERSU XVII.

(1) Fidelium est, semper discere, nunquam perfectum se opinando 1. Cor. XIII, 9. Matth. XI, 29. XXIII, 8.

(2) Doceri debemus non nisi à Deo ipso, non à demone vel ratione nasutula. Docet ille nos per suum Verbum, perque Spiritum S. intus corda illuminantem: Conf. Jes. LIV, 13. Psalm. CXLIII, 10.

(3) Discendum inde à juventute, ne optimus vigor consumatur otio ineptisve; ne florem aetatis consecremus damoni, feces Deo.

(4) Mirabilia Dei, tum communia, tum particularia, vetera cum novis, deprædicanda sunt indefinenter: in Dei honorem, proximi adificationem. &c.

USUS E VERSU XVIII.

[1] De senili indigentia repetatur v. 9.

[2] Idem repetere suspirium tædere haut debet, cum quotidie infirmitatem recurrat circulus.

[3] Brachium roborque Dei rectè à nobis agnatum non potest non novas quotidie provocare laudes. quid nostrum brachium absque divino?

[4] Posteritatis, tum propriae, tum alienae, diligens haberi debet ratio: Genes. XVIII, 19.

USUS E VERSU XIX.

[1] Justitiae div. immensus est ambitus ac eminentia: v. 2. transcendit nostrum captum: Rom. XI, 33.

[2] Solus Deus est magnificus: expende magna ejus facta secundum 3. art. symb. tam communia, quam privata.

[3] Deus verus est incomparabilis: cesset omnis arrogancia hominum stolidi, omnis torpor ac socordia, omnis profana securitas.

PSALMI LXXII. DISPOSITIO.

Rex Justus. Insigne regnum Messiae.

Consideranda hic I. Precatio seu votum pro rege Messia: ubi (1) iudicii justitiaeque concessio: v. 1. & quidem (a) accipiens est Rex, Filius Regis: ibid. (b) finis: ut juste judicet populum egenosque Dei; v. 2. (c) Consequens: montes collesque populo pacem cum justitiâ proferent: v. 3. (d) Exercitium iudicii ipsum: tum in miserorum salvationem, tum oppressoris comminationem v. 4. (e) Consequens novum: partim: timebunt te generatio generationum, quamdiu sol & luna: v. 5. partim: Rex hic instar pluviae fecunditatem afferet: v. 6. unde effloret sub eò justus, nec non pax copiosa & continua: v. 7. (f) Subditi: dominabitur à mari ad mare, imò ad fines usque terrae,

v. 8. Horsum barbari silvestres, nec non hostes pulverem lingentes: v. 9. item reges marini atque insulari unà cum Arabibus & Sabeis, imò regibus totius orbis, munera ferentes, v. 10. adorantes, servientes: v. 11. (g) Beneficia: eripiet implorantem miserum: v. 12. miserebitur salvabitque egenum: v. 13. 14. sanguinem hujus mirè aestimabit: v. 14. Succedit (h) regni felicitas: vivet, aurum offeretur, intercedent pro eò ac bene precabuntur: v. 15. cuncta erunt fecunda, v. 16. nomen ejus semper & undiquaque erit gloriosum: v. 17.

II. Conclusio: benedictus Deus Israel. v. 18. nomen ejus gloriosum semper & per totum orbem celebretur: v. 19. ratio: mirabilia facit solus: v. 18.

Ddd 4

PSAL-

USUS E VERSU XX.

[1] Piorum afflictio est multiplex ac mala, (carnimim.) Hanc Deus videre facit, b. e. immittit pro paterna voluntate, explorat, adimit justo tempore, postquam & nos satis vidimus: 1. Corinth. X, 13. v. L. de Cruce.

[2] Post mortem vivificatio: 1. Sam. II, 6. post tenebras lux: Jes. LIV, 7. Jer. XLVI, 28.

[3] Abyllo voraginibusque profundissimis assimilantur piorum tentationes, ob eluctandi impotentiam, mediocrum vitæ defectum totalem, horrores, caligines, &c.

[4] Extrahimur inde solo divino brachio: cui proximè uni universum debetur praconium.

USUS E VERSU XXI.

[1] Nonnulli piorum magni fiunt etiam in hac vitæ, ut Joseph, David, Daniel, &c. verum optima ac infallibilis magnitudo reservata ipsis est in futurum. confer 1. Timoth. IV, 8.

[2] Solatium aliquandiu suspensum fit postmodum eò dulcius. Solatur autem Deus per verbum, per ministros suos, præcipue per Spiritum S. Solatur tum verbaliter, tum realiter: Jes. XXV, 8. Pfal. IV, 2. XXIII, 4. LI, 14.

USUS E VERSU XXII.

(1) De celebratione DEI præc. I.

(2) Nablium & cithara commonefaciunt nos musicae instrumentalis, à cultu sacro haut absolutè sequestranda vel improbanda.

(3) Veritas Sanctitasque Dei laudem merentur indefinentem ac devotam v. L. de Deo.

USUS E VERSU XXIII.

(1) Labia in cantandis recensendisque Dei laudibus debent occupari sedulo. præc. II.

(2) Nil tamen prorsus valent hac sine Corde vel Anima: Jes. XXIX, 13.

(3) Redempta est anima nostra carè: 1. Cor. VI, 20. 1. Petr. I, 18. Gal. III, 13.

USUS E VERSU XXIV.

(1) Quotidianus linguae debet esse labor, & mane, & vesperi, & meridie, imò & nocte, Justitiam Dei [de qua actum in hoc psalmo toties,] commemorare decenter.

(2) Ignominia hostibus piorum imminet infallibiliter; ut uti isti jam ferociant insolentissimè. L. de poenâ pecc.